



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Die XV. Novembris. In Festo S. Gertrudis Virginis &  
Abbatissae**

**[S.l.], [ca. 1770]**

Lectio V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62880)

batur: unamque Dei gloriam cogitans, ad illam vota sua omnia, & actiones referebat. Quamvis autem multis eximiis naturæ & gratiæ donis à Deo aucta esset, ita tamen sibi ipsa vilescebat, ut inter præcipua divinæ bonitatis miracula hoc item memoraret, quod se indignissimam misericorditer sustineret. *R. Propter veritatem.*

*Lectio V.*

**T**rigesimum ætatis annum agens, primum Rodardensis Monasterii, ubi religiosam vitam est professa, deinde Elpediani præses electa, quadraginta annorum spatio, ea charitate, prudentia, & regularis disciplinæ studio munus obivit, ut Cœnobium religiosæ perfectionis domicilium videtur. Utrobiique verò, licet esset omnium Mater & Magistra, omnium tamen minima haberi volebat, ac demissione pari ministram se exhibebat. Quò liberiùs Deo vacaret, vigiliis, abstinentia, aliisque cruciatibus corpus afflixit; semperque sui similis, morum innocentiam, mansuetudinem, ac patientiam prætulit singularem. Proximorum saluti omni ope studuit, piæque curæ copiosum fructum retulit. Divini amoris vi frequentes patiebatur ecstasēs: altissimæque contemplationis, & divinæ unionis donum obtinuit. *R. Dilexisti.*

*Lectio*